



# Franc. Siluij Ambianatis Poetica : Idem, Liber Loquitur.

<https://hdl.handle.net/1874/416873>

**I**o. Vacceus.

**C**qd Maro: qd lого vix Nestore cæc' Ho,  
Id liber hic vna nocte docere pōt. (mer⁹:

# **F**ranc. **S**iluij **A**mbianatus **P**oetica,

**I**dem. Liber loquitur.  
Paruuus ego: atq; ingēs/ duo sūt p̄traria me,  
Vtilitate ingēs: pōdere paruuus ego. (cū.

**C**Veueunt in Cormotiana libras  
ria e regiōe Collegij Coqueret;  
tici ad insigne geminarum  
cipparum. .

**C**lio. Vacceus Castellanus Steph. Guta-  
tano Lugdunensi amicorū pre-  
cipuo. S. D.

Lector amice rogas: veniat breuis vñ libell?

Vnde liber veniat: lector amice rogas.

Inde venit liber hic: vbi vertice tangit acuto

**A**rdua sublimis sydera montis apex.

Siluius hunc alto correptus Apolline fecit:

Est mihi qui Pollux: & sibi Castor ego.

Cui pater est Phœbus: mater doctissia Pallas:

Calliopea soror: pegasis vnda comes.

**V**itriolum  
atramenti  
species,

Calliopea notas: calamū tu Phœbe: Papyru

Pallas: vitriolum Pegasis vnda dedit.

Hic venit exactū liber hic format⁹ advngue:

Demere cui nullū lota/ vel Alpha queas.

Addeq; intrarūt animæ sua corpora plures:

Dū meus hoc princeps Siluius egit opus.

Scilz vmbra senis ceci: & grauis vmbra Ma-

Sic duo tūc vates Siluius vn⁹ erat. (ronis.

**A**risto. ex vi  
be Stagira  
plures aias  
vnū corpus i  
formare pos  
se negabat.

Hic ego crediderī (quis Stagirita repugnet)

Stareaias vno corpore posse duas.

Inde bibas īgitur comes o Guttane necesse ē:

Vno si flagras esse poeta die.

Vale.

Epistola nuncupatoria.

Steph. Gutranus Lugdunensis  
Philiberto Bergerono Tur-  
ripinensi cultioris literaturæ  
cupidissimo: ceterisque omni-  
bus studiosis Siluij auditori-  
bus Xenophileam felicitatem.



Cio non defuturos Ca-  
tonianæ frontis homi-  
nes: quivixdum perlecta  
hui⁹ epistolæ nostræ sa-  
lutationetotam cū epí-  
stola vncis naribus pro-  
tinus suspendant: & con-  
tracto supercilio/ toruis inspiciant luminis  
bus: q̄ statim/ & in ipso( vt sic dicam) lumen  
Xenophileam felicitatē ceu in auditū quip-  
piam/ & insolens/ ac plane ridiculum vobis  
exoptarim. Ceterum non ingrediatur quæ-  
so isti Catones theatrum nostrum: aut sus-  
perciliū ponāt: omnemque seueritatem exuāt:  
ac deniq̄ suppressa istiusmodi cēsura/ quur  
hoc ipsum factum voluerim: vel exactius ri-  
mentur: aut si eos poenitentiarī: patulas sal-  
tem aures mihi prebeant: et causam vobiscū

a.ij.

## Epistola

Xenophilus  
musicus.

paucis accipiāt verbis. Xenophilus (cuius felicitatem vobis iampridem exopto) vnuſ authore Plynio in toto mortalium grege re pertus est: q̄ sine vlo valetudinē offendicu lo ceterū quintū superarit annū. Sed nec p̄cipua hæc est: quam vobis optamus felicitas: quāq; hanc quoq; quin potior illa est: scilicet musica: cuius cū paucis peritus fuit Xenophilus. Hanc ego vobis omnibus (quod aiunt) votis expeto. Verum nequaq; eā esse arbitremini: que in vocula cuiusdam plusq; muliebris intensione constare falso creditur: quæq; s̄p̄ius ad rauim vsc̄ gloriolæ perdu cit aucupes. Musicam eam intelligatis: qua veteres illi nunq; satis laudati vtebantur anti quitus: quæq; maiorum suorum gesta carmine compræhensa tum fidibus: tum tibiis p̄ gere solebant. Hac maiorum quoq; vestro rū egregia vt canatis facinora vobis est elaborandum: neq; maiorum tātum: sed nostræ quoq; etatis virorum: si non ad fides: si non ad tibiæ: ad carminis certe tubam: quæ fidibus tibiis venon cœsebitur inferior: quippe cuius clangor perpetuo sit audiētis. Quod autem carmen musicæ huius pars sit nō in-

Teletum  
mos.

Carmen.

## Nuncupatoria.

fima: vel ex eo clarissime patet: quod a canen-  
do defluxum est. Musas quoque (inquit Ma-  
crobius) mundi esse cantum etiam rustici sci-  
unt: qui eas Camoenas quasi canenas a canē-  
do dixerunt. Adde quod pars poetica (quae a mu-  
sis carmina dictantibus sumit initium) meli-  
ca id est legitima & modulata musica (si Cen-  
sorino creditus) est cognominata. Vides  
ergo mi Philiberte: videtis Siluanæ disci-  
plinae secratores amantissimi Xenophileam  
felicitatem id est Poeticam a me vobis neque  
frustra nego absurde penitus exoptatam.  
Hanc adhuc vobis optasse haud satis mihi  
vism est: ideo ut etiam consequi posse-  
tis: Silviana scrinia reseraui: atque libellum  
Poeticam quantitat: quidem paruum: sed  
fruge / sed utilitate / sed valore profecto ma-  
ximum: inde tanquam a perpetuo carcere  
precibus redemi. Quem quoniam Silvi  
parentis vestri diuitias esse intellexi: filios  
paterna hereditate priuari nefarium pro-  
fus: atque omnino impium existimaui. Ecce  
igit hereditatē ipsā cū hac mea rudi atque idis-  
gesta epistola vobis offero/dedicoque. Silva  
est amoenissima: utpote in qua terra innu-  
mocutus

Musae.

Camoenae.

Poetica.

A iii

Epistola nūcupatoria.

meris florū colorib[us] resp[on]sa / vīret assidue.  
Ibi odor naribus blandiens, Ibi aura lenis.  
Ibi umbræ delectabiles, Ibi fontium suauis  
tinnitus, Ibi riui[us] argentei / & collucētes, Ibi  
mollis eorum fluxus: & terram / & herbas ira-  
rigans, Ibi inaudita auium garrulitas, Ibi de-  
nig[ue] proceræ in coelū arbores / virescēti se-  
per frōde prāstātes: atq[ue] fructus suauissimos  
quocunq[ue] in tempore producentes: quos vt  
semel mecum gustetis: vos non solum hor-  
tor: verū etiam atq[ue] getiam obsecro, nō enim  
semel postea gustabim[us] suavitate illeati.  
Sed ne fortasse in verbis impēdiosim profu-  
sior: dicēdi finem faciam: si ante vos p[re]mo-  
nuero: ut a liquidis fontibus ap[er]tos istos dē-  
tatos arceatis: atq[ue] a ceteris omnibus feris lu-  
pina rapacitate sauentibus / caninoq[ue] mo-  
re oblatrantibus Siluam vestram occupari  
non sinatis.

Valete dulcissimi sodales Siluij vestri  
non immemores, Parisijs ex ædibus nostris  
Marmitanis, xi. calēdas Maias, M.D. XVI.

**C**lo. Vacceus ad Steph. Guttanum.

Es mihi tu Pylades: ego sum tibi char<sup>o</sup> Orestes:

Es mihi tu Euryalus: sum tibi Nisus ego.

Es mihi Pirithous: sed sum tibi Theseus alter:

Es mihi tu Pollux: sum tibi Castor ego.

**C**Idem ad eundem.

Quid mirum Aonias Guttan<sup>o</sup> si sapit vndas?

Pegasus huic nomine nobile gutta dedit.

Epiſtola

Franc. Siluij Ambianatis in Poe-  
ticam Praefatio ad Iacobum  
Siluium fratrem.



X omni animatum ge-  
nere homo solus (vt au-  
tor est Cicero) qd sit or-  
do sentit: quid sit quod  
deceat: in dictis factis ue-  
qui sit modus. Itaq; eo-  
rum ipsorum quae aspe-  
ctu sentiuntur nullum aliud animal pulcritu-  
dinem partium/ venustatem/ conuenientiam/  
sentit. Quam similitudinem natura / ratio-  
que ab oculis ad animum trafferens: multo  
etiam magis pulcritudinem/ constantiam/  
ordinem/in dictis/factisque conseruandum  
putat. Quae puscula Ciceronis verba natu-  
ra / atque cotidianae experientiae consen-  
tanea sunt. Nam preclaram domum/plen-  
aq; dignitatis apposite & quasi eleganter si-  
edificaturus sis: & ligna omnia atq; lapi-  
des in cumulum quedam congeseris: aur ar-  
chitecti inscitia non ordine suo collocata  
sint omnia: non futura sit vlla domus pul-

## Proœmialis.

critudo. Et ut ad rem nostram propius dicas: Poeta (ut inquit ille) pictor est vocalis.  
poeta,  
picturam quis non putet incompositam: nisi  
si suus cuius colori tribuat locum: Quoniam igit  
in poetica re tria considerant nobis persua  
demus: ut cognoscendum sit: quid sit ordo:  
quid sit quod deceat: in factis dictis ve qui sit  
modus. Quid sit quod deceat: hoc est quid  
fugientum quid vel faciendum: Oratius in  
libro quem de arte poetica inscripti amplius  
ter satis memorat. In dictis factis ve qui sit  
modus: hoc est in facie dīs carminibus cano  
ris qui mensus sit retinendus: quae structura  
sit obseruanda: quum alij multi: tum maxime  
franc. Quintianus noster vir nō mediorum  
cris perfecto eruditissimus in suis Elogijs  
exquisite adeo & exakte dimensus est: ut ne  
digitulū quidē omisisse videatur: adeo mos  
deste: ut pollicarem (ut aiunt) latitudinem su  
per quam satis est positam non inuenias.  
Ipsas ergo quantitates auditorio frequenti  
cōtidianis lectiōibus sum p̄simus interpre  
tandas: in quis nō parum multam me cape  
re utilitatem profiteor. Quid sit ordo (qd  
restabat) ut itidem noueris: quam composi  
Bī:

Epistola proœmialis.

tionem rerum apriſ & accommodatiſ loci  
definit Cicero: hocce libello ad cōmunē stu-  
dioſa pubiſ vtilitatē expoſito / ad te mittiſ-  
mus. Quem iucundū nihilominus quāfru-  
giferum atque fructuoſum lectione ſenties.  
Heroicorum enim poetarū / tragicorumq;  
& comicorū occultā & quāſi nubeculis of-  
fusam dignitatē tibi planā facier: & Alcibias-  
dis (vtdicatur) Silenos ira aperiet: vt qd viſ  
debatur incultū: diuīnā quādā intus habere  
pulcritudinē inſpicias: quam ſcribēdo (qua-  
tua eſt ingenij facilitas) imiteris: quāque dia-  
ſcipulis tuis velut exemplar imitandā pro-  
ponas. Vt. n. qui in p̄ ingendi arte nouelli ſūt  
nouīrū: ita & in rei literatoriae tyrculū ima-  
gunculē cuiusdā ante oculos poſitę liniamē-  
ta imitari nitāt. Librū h̄c vt chalcotypis for-  
mis inuulgādū curarē: aſſeclē nr̄i efflagitatio-  
ne nimia fere me exurdarūt. Vt em̄ artis ora-  
torię Progymnaſmata ſupioribus his dieb⁹  
ira Poetię artis p̄cepta & ordinē expofulta  
bāt. Que noī tuo ppter ea nūcupo: qd lucu-  
brationū nr̄arū te frati ē hoc ē me alterū p̄ti-  
cipē eēvolui. Sed qd p̄ticipē dico: Veli nōl  
oīm te p̄ticipatē faciā neceſſū ē. Immo qeqd  
meū ē: quin ſit quoq; tuū facere nō poſſum.

Vale. & quo coepiſti cursui literarū cur-  
riculo perge. Parisijs ex Muſeo nō Mō  
teacuto.



Aarratio (vt a Cicerone  
definitur) est rerū gesta/  
rū/ aut vt gestarū expos/  
sítio. Cuius trias fūt ḡfia:  
historiū/oratoriū/poe/  
ticū. De historico & ora/  
orio nihil in præsētia sūs poematis  
scipimus dī endū. **C**Poeticum autem in ge/  
nera tria partimur. **C**Vnum εἰρηματικόν hoc est enuntiatuum vel narratiuum:  
in quo poeta omnia sine vlla personarū in/  
terlocutione narrat. vt Georgica Virgilij.  
De quo itidem: propterea quod ad oratori/  
um/ vel historiū accedit propius:nihil di/  
cendum putauimus. Alterum δραματικόν  
hoc est repræsentatiuum vel actuosū: in quo  
psōnæ solē absq; vlla poetæ authoris ve  
interlocutione agunt: vt comædīæ/ vt tragœ/  
dīæ. Tertium est μετον: id est mediū: seu μικρόν  
hoc est mistum si appellare mauis: quod  
scilicet ex vtroque constat. **C**Horum trium  
licet varia sint materiæ argumenta: quoniam  
nam tamen prope eadē fingēdi ratio est ideo  
de eis omnibus id quod dictū sumus com:  
müniter intellegetur. Vbi vero aliquid habere  
discriminis nouerimus: id fieri manifestari  
um curabimus. Sunimus itaque scribundā  
principium

Narratio  
qualis esse  
debeat.

**P**ARRATIONIS príncipiū turbu-  
lētum sit / & cōfusum: nec a príncipio  
narrādæ rei vt gesta fuit: aut geri potuit: fra-  
tim occīpias. Sed vbi personam aliquā aut  
iratam/ aut moestā / aut attonitam loquentē  
induct urus sis: ab ea poematis príncipiū ac-  
cīpias non inuenustū. Ea tamē industria fa-  
ctum curaueris: vt si mīstū sit narrandi genus  
(cuiusmodi est heroīcū) generales & prædi-  
puas irarū causas ex psona tua pri⁹ ememo-  
res: q̄ persona illa (quā inducis primā) loqua-  
tur. Deinde psona vel eadem/ vel alia/ aut vo-  
luntate/ aut rogata narret ea: q̄ acta sunt ante  
id: vnde sumptū est exordiū. In duobus relī-  
quis generibus inde sit príncipiū: vnde pso-  
na huiusmodi in cœsta / attonitave loqui iū-  
piat; quod tamē prius factū fuisse est intelli-  
gendū. Statim a príncipio dicāt. Id quod exē-  
plis (vt reliqua) cognosces manifestū. Virgi-  
lij ait præsertim ex libro primo Aeneidon/  
Terentij ex Andriā tantū/ Eurípidis partim  
ex Hecuba: partim ex Iphigenia ad hoc solū  
ponimus exempla: quod hoc nostrū opuscu-  
lum multis/ & potissimum artis Poeticæ ty-  
runculis utile non desperamus. Ex eis autes

Poetica.

paucos admodum esse qui illum Virgilium librum / & hanc Terentii comediam ne sciant: erasmus  
Roterodamus Euripidis interpres,  
nobis persuaderemus. Illas vero Euripidis tragedias Erasmus nostri synchronissimi diligenter et  
gentilissimus: & linguae utriusque professor prudenter et  
detinenter latine donauit Colonia: ita scire /  
ita iuste / & persiculate: ut prope singulis aut  
verbis / aut carminibus Gracis latina repensa /  
uerit: ubi cum elegatia facilitate admiscuit.  
Exempla igit expromimus. ¶ Apud Virgilium in libro primo Aen. Iuno inducta prima  
persona ita loqui turbulente / & irate occipit.  
Me ne inceptra desistere vietam: Nec posse  
Italia Teucrorum auertere regem: et c. Causam  
tamē irarum Iunonis in Troianos prius de-  
scribit poeta: quoniam scilicet Iuno audiuer-  
rat fatis esse decretum: ut Carthago sua olim  
Troianorum minoribus evertenda esset.  
Necdum etiam causae irarum saevique dolores  
Exciderant animo: manet alta mente reposum  
Iudicium Paridis: spretaque iniuria formae:  
Et gen' iuventus: & rapti Ganymedis honores.  
Forum vero quae in libris Aeneidone scribit  
Virgilius materie primū principiū est Tro-  
ianum excidium: quod in secundo narrat.

Fran. Silvij

Deinde Aeneas errores: quos in tertio varios describit. Præterca anno sexto postq; euersa est Troia eiudē Aeneas ex Sicilia discessus: in mari Siculo periculū: in urbē Carthaginem aduētus: & alia: q; in primo singit Virgilius. Sed in fine prīmī Aen. vrbis Troę excidiū/ atq; Troianorū errores diutinos narrari sibi ab Aenea Dido postulat. Postulatis morem gerit Aeneas librīs secundo & tertio. ¶ Simo Terétianus filiū suum Pamphiliū meritricis Glycerij amore illaqueari suspicar<sup>9</sup>: nuptias (vt filij animū ab amore meretricio & ardore reuocet) simulat: opsonatur: seruū vtopsonia intro auferat: iubet. Andriæ igi<sup>f</sup> (id enim comediat nomen est) illud est principium. ¶ Vos isthac intro auferete. Dein seruū Sōsiānū Simo accepit: quomodo orta sit mere tricij amoris Paphili suspicio: & quā ob causam simulet nuptias enarrat. Quae aut sunt co moediariū Teretijs periochæ hoc est argumen ta: caue Teretijs esse ne existimes: sed Sulpitijs cuiusdā Apollinaris: qui. Au. Gellij p̄ceptor fuit: vt Petrus Crinitus in epistola quadā ad Alexandrum Sartium affirmanter assuerat. Sicuti Quintianus meus (vt id dicamus obi-

Argumēta  
in Terētij  
an Terētij  
stat.

Poetica.

ter) Aeneidon Virgilij argumēta iuris consuli, Virgilij argumenta an  
to cui dā Modestino: non vt oībus fere per  
suasum est) Ouidio tribuēda esse contendit.

Apud Euripidē Grēci quū ad Troianā ex  
peditionē ad iniurias ob raptum Helenā re  
ponēdas proficīcuntur; in portu Aulide des  
tent inauigare non queunt. Aura enim lenis  
sima vīque adeo tenuiter spirat: vt ne vela  
quidem inflare possit. Vates Calchas consu  
litur: iratam Grēcis Dianā esse respondet: eā  
q̄ placari non posse: nisi Agamēnonis (qui  
exercitus īmpator erat) filia sibi mactet. Aga  
mēnon filiam suam Dianā immolandam  
tradere a Grēcis tandem persuasus / nūtium  
quendam Argos dimitit: qui Iphigeniā (id Iphigenia  
enim Agamēnonis filiæ nomen inditū fuit)  
accersat: & quo suum occultet secretius cons  
cilium: illam Achilli se despōsaturum simu  
lat. Consilij paulo post pœnitens alias scri  
bit literas: quibus filiæ ne veniat dissuader.  
Tragœdia igitur (quā inscribit Iphigeniā)  
ibi principiū facit: ubi tristior Agamēnon  
fidelem quendam seruum ad se vocat: qui se  
cūdā illas quas scribit literas vxori Clytem  
nestrae & filiæ reddat. Cui quidem seruo tris  
sticiē causā denarrās qd pri⁹ factū sit mēorat.

**C**Huiusmodi concise narrationis modum  
in tragœdiæ medio & comœdiæ obseruatū  
sæpicule attendimus: quum scilicet aliquid  
esse factum/dictum ve p̄sona enarrat: quod  
fieri aut dīci nulla antefacta est mentio.

Apd Euripidē in comœdia: quę Hecuba in-  
scribitur: Taltybius Hecubæ (ad quā mis-  
sus fuit nuntius: vt filiam suam Polyxenam  
super Achillis tumulū maectatam sepultum  
veniret) Polyxenę mortem eo quo res gesta  
est ordine memorat. Nec prius tamen vſq;  
scribit Euripides: quomō maectata sit Po-  
lixena. **C**dauus in Andria Terentij Paphi-  
lo narrat: quanā ratioē nuptias a Simonesi-  
mulari depræhēdit. Nā postquā (vt paphi-  
lo narrat) a Simone Pamphilum Chremetis  
filiam vxorem docturum audiuit: Chreme-  
tis domum obseruauit: ante cuius hostium  
erat solitudo: introire neminē: neminē egressi  
dī videbat: in ædibus nihil else quicquā ap-  
parati cognouit. Vti hæc Dauus obseruaue-  
rit: prius non scribit Terentius. Mis̄is ancil-  
la se ab ancilla Archilidæ audiuisse dicit: vti  
obstetricē Lesbiam adducat. Nec tamen vſq;  
quam Archilidis personam quæ loquatur

## Poetica.

Terentius inducit. ¶ Byrrhia Pamphilum obseruans: ut quid de nuptijs ageretur sciret: id sibi Charinū imp̄rāsse loquitur. In his tribus poeti-  
cæ narrationis generibus multa (ut est apud Ci-  
ceronem) debet inesse festiuitas confecta ex rerū  
varietate/animorum dissimilitudine/grauitate/  
lenitate/spe/metu/suspicioe/desiderio/dissimu-  
latioe/errore/misericordia/fortuna/commuta-  
tione/insperato incommodo/subita/lætitia/iu-  
cundo exitu rerum. Quæ quo tibi proponas fa-  
cilius imitanda exemplorū multitudine illustra-  
bimus. ¶ Festiuitatē ex rerū varietate confectā  
duobus modis intelligere possis: generatim / &  
speciatim. Generatim ad eam sententiam ut poe-  
matum totum varietate distinguas. id quod auditō-  
ribus lectoribus ve me Hercules voluptate multa  
blandietur. Et ut comparatione quadam rem te-  
neas propius: Pictura (quam poesim tacitam Si-  
monides appellabat) etiam pretiosissima nisi  
linimentorum varietate & colorum distincta  
fuerit: non admodum delectabit. Quæ vero mi-  
nus est pretiosa: magis tamen varijs colorib⁹  
variegata oculos tenet diutius. Adde quod con-  
traria prope se posita elucescere, magis: discri-  
men habere certius/et ideo amplius affectare quā

Ci

Harratio-  
nis varie-  
tas.

Rerumge-  
neralis va-  
rietatis.

Lōgatio.  
Pictura.

ex Aristotelis lectione: tū præcipue experientia  
comperitū habemus. Hanc aut̄ varietatē non in-  
concinne depinges: si quæ dicturi sumus ea cura-  
ueris imitanda. Speciatim vero quū duo plura/  
ve in re quapiā inter se conuenientia in alijs dis-  
conueniūt: aut disconuenientia in rem aliquā cō/  
ueniunt: aut quū multitudinis eiusdem homines  
aut diuersis opibus se accingāt: aut diuersis reb⁹  
delectantur: aut afficiuntur diuersis modis. vt in

**Trojanarū**  
**nauium nū-**  
**merus dubi-**  
**tatur**

primo Aeneidon. Nauibus viginti ( duas tamē  
& viginti Dares Phrygius numerat: sed hoc ad  
rem nostrā nihil cōducit ) a Sicilia troianis simul  
nauigabant: quos exorta tempestas separauit: &  
in locos disiecti diuersos: alios enim in brevia &  
syrteis impulit: alios in saxa latetia ( quas Phile/  
norū aras Strabo nūcupat ) iactauit: alios insule  
appulit: Vnāq Lycios fidūq vehebat Orontem  
in Trojanorū conspectu rapidus vorauit & quo-  
re vortex. In eodē Aeneas & Ilione⁹ ( q in pteis  
varias disiecti fuerat ) diuersis ex locis in vni eū/  
dem videlicet Carthaginē cōueniunt. Ad insu-  
lā ( q est in secessu longo ) quū Trojanorū ventis  
iactatorū pars adueniunt silicis scintillam excus-  
dit Achates.  
Suscepitq ignē folijs: atq̄ arida circum.

Poetica.

Nutrimenta dedit: rapuitq; in fomite flaminam.  
Tum Cererem corruptam alij/ frugesq; receptas  
Et terrere parant flammis: & frangere saxo.  
Aeneas interea scopulum concendit: si socios  
alios: quos amissos esse metuebat: videre possit.  
Socios non vident videt Ceruos: quos fugientes  
telis insecurus ex eis septem iterimit. Quos Tro-  
iani apparando curantes: Tergora diripiunt co-  
stis: & viscera nudant: Pars in frusta secant: veru-  
busq; trementia figunt: Littore ahena locat alij:  
flamasq; ministrant. Carthaginem Tyrii condent  
diuersis se accingunt operibus. Troianorum  
& Rutulorum praelia quum describit Virgilius: di-  
uersis mortuum generibus milites occubuisse comi-  
niscit. Polydorus & Polyxena Priami & He-  
cubae liberi apud Euripide diuersis in locis vario  
mortis genere occisi eodem in tumulo sepeluntur.  
Animorum dissimilitudo non fiet incognitus p)  
sonae inducte animorum sentientiarum opinionum fa-  
uorum dissimilitudine & aliquando contrarieta-  
te distrahanit. Ut Aeneas Virgiliano ne in Italiam  
veniat: Iuno totis (ut ait) viribus reluctatur:  
Venus contra in Italiam deducere omni virium conas-  
mine contendit. Iuno Rutulis/ Troianis Venus  
fauere: & vires ac arios subministrare non cessant.

Animorum  
dissimilitu-  
do.

Cij

De equo ligneo in urbem recipiendo dum eō/ sūlitur: Troianorum alij vt Tīmōtes duci intra muros hortantur & arce locari.

Alij vt Capis: & quorū melior sententia menti. Aut pelago Danauz insidias/suspectaque dona Præcipitare iubent: subiectisque vrere flammis: Aut terebrare cauas vteri:& tentare latebras.

**S**cinditur incertum studia in contraria vulgus. Lacoδ persuadere sibi nō potest: quin Grēcorū insidiæ in equo lateat. Troianos itaq; hortatur/ admonet: obiurgat: equum ne recipiant.

**A**dulescens Charinus apud Terētium Care metis filiā Philomenam deperit: amore Glycerij Paphilus ardescit. Hanc Charinus/ illam Pamphilius negligunt. Simo vt filium Pamphilum a Glycerij amore alienet atq; distrahat: Philomenam Pamphilo vxorem a Chremete impetrasse se simulat: qd omnium minime vult Pamphilus. Philomenam dari nuptum Pamphilo qui audit Charinus ad exorādum Pamphilum Philomenam ne ducat suam: ire deliberat. Eū seruus Byrrhia deridet: cui Charinus tandem irascitur. **C**Agamennon& Menelaus apud euripidē prius concordes/nunc dissident: altercātur: postquā Menelaus intercepto secundo agamennonista-

Poetica

bellario cognouit ipsum Agamennonem filiam suam Iphigeniam Diane (quod erat pollicitus) non immolaturum.

**C**Hæc animorum dissimilitudo in similitudinem ad postremum redit saepius. Iuno cum Veneri in libro duodecimo Aen. quū exitus bellū propinquus est: cōmuni cōcilio Trojanis amicata fauet. Sīmo ut Pamphilus Glyceriū ducat vxo rem in comedīa vmbilico hoc est fini abnuit. Nō dissentit Agamennon tandem: qui filia sua Dianæ mactetur. Cuius in sententiam Clytemnestra vxor diutius reluctata postremo concedit.

**C**grauitatem hoministum dicimus: quum neque voluptatum illecebris/neque blandiciarum lenocinijs/neque amicis/neque precibus neque donis/ neque mīnis/ neque vlla fortunæ mutabilitate/neque alio: si quid est eiusdem generis: induci potest/aut impelli: vt ab honesto suo proposito discedat: vt turpiter aliquid nequiterve aut dicat/aut faciat. cui leuitatem ponimus contraria. Vtrumque id est grauitas & leuitas se paratim nonnunquam ponuntur: Aeneas libro quarto Aen. Mercurio: vt Carthaginem & Didone lōuis imperio reliquat: monitus Dido nis nec lachrymis/nec precibus nec mīnis:nec itidez

C.iiij.

Annæ (cui tribuere solebat plurimum) supplis  
 cuius precibus dissuaderi potest: qui louis mo-  
 nita exequatur. Mens immota manet: lachrymæ  
 volvuntur inanes. ¶ Aeolus in primo Aenei.  
 Iunonis precibus exiguis admodum: ac mune-  
 re promissio persuadetur non difficulter: qui in  
 Troianam classem ventos emittat. ¶ Grauitatē  
 & levitatem eidem personæ si attribuimus: gra-  
 tiā maiorem poemati relinquimus. Id quod  
 hac via facere possit: personam inducas cui pri-  
 mum agendæ rei alicuius certum & firmum so-  
 lidum / immobile propositū cōcedas: deinde re  
 alia contingente in dubio sit / vacillet: tandem  
 eius mutetur sententia. Dido post mariti sichei  
 mortem quod vitæ reliquum est: alias perosa the-  
 das nuptiales id vidua exigere decernit. Cuius  
 verba sunt hæc apud Virgilium quarto Aenei.  
 Sed mihi (inquit) vel tellus optem prius ima de-  
 hincat. ¶ Vt p̄ omnipotēs adigat me fulmī ad vmbras:  
 Pallētes vmbras Herobi noctē q̄ profundam:  
 Ante pudor quā te violē: aut tua iura resoluā.  
 Quę tñ breui Aeneas ororū oratiōe Aneç amo-  
 ri succumbit: victa dat manus/ accendit/ inflā-  
 matur. ¶ Laurentum rex Latinus in septio Aen.

Grauitas et  
levitas

Dido le-  
gitas

Poetica.

Omní ratiōe toto aio Troianis fauere & opitu  
larí dū iſudet : Amatæ quæ vxor eius erat ) La  
chrymīs tādem euictus Turni parteis aduersus  
Trojanos sequitur. ¶ Pamphilus Misidi ancili  
la Glycerij pollicetur Glyceri ū ſenū quam re  
ſiſteturum: etiam ſi omnes homines inimicos ca  
pere debeat: a qua niſi morte (vt ait) non ſepara  
bitur vñquam . Pater Simo eum poſtea obiur  
gat patris voluntati obſecuturum ſe pollicetur.  
Qui omnino (vt præſatis sumus) Filij animū  
a mere trice reuocare contendebat. ¶

¶ A Menelao & vlyſſe perſuadetur Agamenō:  
qui filiam in Aulidem accersat ſuam dianæ in  
molendam Simulatis eius cum Achille nuptijs  
accerſit: Paruo poſt mutata ſerentia literas alias  
ad vxorem ſcribit: quibus ne filia mittat diſſua  
det. Tabellarius intercipit: Agamēnoni ſleuitas  
plana fit: & manifesta. Iphigenia pōrib⁹ literis  
(nihil. n. q̄cquā de alteris nouerat) obſecuta cū  
mīe Clyrēneſtra Aulidē venit. Agamēnon ſerē  
tia de huo mutata Filiam clam matre Clytem  
neſtra maectare parat: Iphigenia quæ mori mīni  
me omnīum volebat: mori ſandē perſuadetur.  
Hæceadem matrem proſuſ repugnantem poſ  
ſtremo in ſuam inducit ſeptentiam.

**C**Seruuis is cuius defidei ambiguitate nihil dubitat Agamennon: cuique literas secundas ad Iphigeniam tradidit ferendas: qui Agamennonis dilectione non ignorabat: ne Menelaus (a quo tum intercipitur: quum has literas fert ad Iphigeniam) Agamennonis literas aperiat obnixius reluctatur: & pertinacius. Postquam autem venit Clytemnestra Agamennonem filiam eius immolatus manifestat. **C**Spe & metu sic utemur: quod persona sperat: ut idas equi possit ratione multa nitratur. Dauus cōsilia multa/ multas arteis pectori versat: quibus Paphili & Philomenae nymphas disturbet. Et quod metuit persona: id ne accidat prouidet. Metuens Venus ne Troianus genus sibi carissimum in Africa periret (Tyrios. n. fallaces esse/ & Iunonem Trojanis inimicam pressidere Carthaginum non ignorat) filium suum Cupidinem hortatur: ut Ascanius specie accepta Divinem Aeneaque amore inflammet. **C**Concinnior tamen futura est venustas: si fitigas rem aliter euenire: ac sperare persona visa fuerit: & quam metuebat: aliter euenire sentiat. Troiani in libro primo Aen. e Sicilia in Italiam vēto secundo nauigantes vela dabant leti: & spumas salis ære ruerbant: ad Italiam (cui sunt propinquui) breui se appulsi

Spes & metu.

**Poetica.**

ros omnino sperant. Repente suborta tempe/  
stas eorum spem fallit/deruit/abijcit. Procel/  
losis veterum turbibibus iactati: ac decumanis  
fluctibus semiobruti de vita nihil est quicquam;  
quod sperare possint. Salutem Neptuni benefi/  
cio tandem inueniunt. ¶ Sperat Dido Aeneam  
secum in Africa regnaturum: spem cuius Aene  
as decedens abijcit. ¶ Pignus latione Sichei opes  
(propter quas eñi auariter occiderat) habituus se  
non desperat: spes cuius tunc irritatur: quum eas  
fugies Dido secum aufert. ¶ Cartaginem quin  
Iupiter e celo despicit: ne Cartaginiensisibus fa/  
uet Venus metuit. Quos n. coelites aspiciunt:  
eis fauere solent. Metuit itidem ne murata ferre/  
tia fata romanis promissa det Carthaginiensi/  
bus. Lachrymans ergo Venus louem quod ses/  
tentias murauerit: insimulat/arguit/accusat. Iu/  
piter autem Romanorum fata coce p̄tis verbis  
confirmans: multaque alia Veneri non ingrata  
adiuungens deietam eius spem ad speranda me/  
liora erigit. ¶ Timet Aeneas ne socij tempesta/  
te procellosa dispulsi perierint: reduces eos om/  
ni que liberatos periculo augurata Venus des/  
nunciat. ¶ Pamphilusa Dauo persuasus simu/  
latas esse nuptias patri dicenti volo ut hodie

D. i.

vxorem ducas: ducturū se: & quāctōq; in re patrī obsecutum respōdet. His auditis Simo ad Chremetē adit: eius filiam Philomenam Pamphilō vxorem impetrat. Multo igitur aliter ac sperabat Pamphilus euenit. Nā quæ prius simulata erant: nūc sūt verę nuptiæ. ¶ Vxorem Philomenam ne ducat Pamphilus metuit: paupero post tempore sperare feliciter occipit: quum scilicet Glycerium suam ciuem audit esse Atticam. ¶ Si persona eadem eodem tēpore aliud sperat: aliud metuit: non mediocritate delectabit. Datus Pamphilo se auxilio futurum sperat ad disturbandum quo minus illę fiant nuptiæ. Idem metuit: ne in pistrinū (quælibet iminaz fuerant) dedatur: id Simo s̄ rescuerit.

¶ Dulicula itidem & auribus suauiter blādiēs erit compositio: si id quod persona suspicatur/ aut metuit: verum postea experiatur. Didō maritum suū Sicheū a Pygmalioe occisū suspicatur: id ē verū Sichei ihumati pallidior imago dormienti Didoni i sopnijs manifestauit.

Crudelis aras / traiecta que pectora ferro Nudauit: cæcum que domus scelus oē retexit.

¶ Hecuba apud Euripidem ex omnio quodā filiū Polydorum a Polymestore occidi: & filiā Polixenā Achillis sepulcro mactari metuit. Rei

## Poetica.

vtriusque veritatē paruo post experitur. ¶ Su-  
spicioē prēter hęc apposite multū vteris: si per-  
sonę duc̄ inducuntur: quarū altera suspicat alii  
quid: altera eleuat suspicionem / & minuit: atq;  
suspitionis tollendę causas annexit. Cuius rei  
veritas (seu falsa/ seu vera fuerit suspicio) tandem  
cognoscetur. Aeneas in primo Aen. insulę ppe-  
Carthaginem appulsus locum explorat: qui te-  
nant/ homines ne/ ferēne. Cui venus mater me-  
dia fese tulit obvia silua Virginis os/ habitum/  
que gerēs / & virginis arma Spartanę. Nāc̄ hu-  
meris de more habilem suspenderat arquū Ve-  
natrix: dederat que coimas diffūdere ventis nu-  
da genu: nodo: que sinus collecta fluenteis.  
Quam ēē matrem non agnoscit Aeneas sed deā  
ēē aliquā suspicatus: ¶ Quā (inquit) te memorē  
virgo: nāc̄ haud tibi vultus Mortalis: nec vox  
hoīē sonat: o decaerte An phœbisoror: a nym-  
pharū sanguinis vna. Multa tibi ante aras nā  
cadet: hostia dextra Minuendā illā Aeneas opi-  
nione & tollendā oīo suspicionē venus innuit:  
quū rūdet. Haud equidē tali me dignior hono-  
re. Virginibus Tyrijs mos ē gestare pharetraj.  
Purpureo que alte suras vicere cothurno. Dī/  
seedēs dicam se cōfitef diuinis qbuldā iudicijs.  
Ipsa etenim auertēs rosea ceruice reflussit.  
Ambrosiac que comē diuinum vertice odorem  
Spirauere, pedes vestis defluxit ad imos

D ii

Lacoon.

Et vera intessu patuit dea. ¶ In secundo Lacoon  
 Troian⁹ Gr̄eos in equo ligneo inclusos esse su⁹  
 spicatur. Aut hoc (inqt) inclusi ligno occultantur  
 Achiu⁹. Aut haec in noſtros fabricata est machi-  
 na muros: Inspectura domos: vēturaq; desup v̄r-  
 bi: Aut alijs latet error. Equo ne credite Teucri.  
 etc. Sic fatus validis ingētē virib⁹ hastā in equi  
 ligneū contorsit. Quod Troianis itidē ut suspic-  
 carentur in animū induxit. Cetero Simonis pdi-  
 toria caliditas & mōſtrorū Lacootis laceratio  
 misera eleuat suspicionem. Lacoōte enim eiusq;  
 filijs laceratis Tum gemini lapsu delubra ad ſu⁹  
 ma dracones. Effugient: ſauatq; petunt Tritoni-  
 dis arcē. Sub pedibusq; dea/clypei q; sub orbe te-  
 guntur. Tū vero tremefacta nouus pectora cū  
 tis insinuat pauor: & ſcelus expendisse merentē  
 Lacooonta ferunt: ſacrum qui cuspide robur Leſe-  
 rit. & tergo ſceleraram intorſerit h̄ſtam. Ducen-  
 dum ad ſedes ſimulacrum: orādaq; diu⁹ Numi-  
 na conclamant. Suspitionis veritatē exitus rei  
 comprobauit. ¶ Charinus Philomenam amat.  
 Glycerium Pamphilus. Philomenam uxorem ſe  
 non duaturū Charino Pamphil⁹ pollūcitus erat.  
 Postq; vero rēſciuit Charinus Pamphilum patri  
 promiſſe Philomenam ſe habiturū: id verū eſſe

Poetica.

autumat. Quū id animo simulato patri Paphilū  
dixerit. Pamphilum itaq; Charinus conuictus ap-  
petit: p̄fidia accusat. Suspitionē tollere dū contē-  
dit Paphilus: a Charino tādē vix audīt. Chremes  
Paphilū/ filiū e Glycerio genuisse: ipsaq; Glyce-  
rium ciuem esse Atticam audiens/ Simonē incu-  
sat q̄ filiā eius: filio vt p̄dēs ē suo p̄dere volue-  
